



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 147. Delphinus conspiracy caput sese proessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1440.

amplissimam ei offerri occasionem, quæ demum, quid sua valeret auctoritas, etiam invitis ostendere posset: Jam plurimos eosque Regio sanguine satos Principes aliosque supremos belli Præfectos inter se foedere ad restaurandam Regni tranquillitatem conspirasse, nec quicquam ultra desiderari, quam ut sub gloriosissimi Principis auspiciis rem aggredi possent, hos omnes suum eidem obsequium, auxiliumque paratissime impensuros.

§. CXLVII.

Delphinus conspirationis caput sese professus.

Delphinus eo tempore, quamvis ætate admodum juvenis esset, connubio tamen jam junctus erat Margaritæ, quæ Jacobi I. Scotiæ Regis Filia fuit. Commendaverat illum Rex Pater talium Virorum curæ, quorum fidem, ac probitatem sibi satis compertam habebat, ac præcipue Marchiæ Comiti instituendum tradiderat, quem tamen postea Alenconii Dux ab officio artibus suis dimovit. Amplectebatur itaque juvenis iste Princeps conjuratorum factionem, seque illius caput lubenti prorsus animo declarabat. Marchiæ vero Comes hanc subitam Delphini mutationem brevi animadvertens, Regem, qui eo tempore Andegavi morabatur,

batur, hac super re protinus certio-
reddidit, qui e vestigio Connestabilem ad
se venire iussit. Hic rupta omni mora
iter aggressus, Ambasiam usque proces-
sit, ibique Regem convenit, ac collatis
cum eo consiliis, quid in tam periculoso
rerum cardine agendum esset, delibera-
vit.

Sæcul. XV.

A. C. 1440.

§. CXLVIII.

*Factiosi a Rege dispersi, atque ad pre-
tendam veniam compulsi.*

Cum optimum in arena consilium judi-
carent omnes, ut exercitus in aciem
educeretur, Rex confestim Pictavium
progressus, Feciali ad Alenconii Ducem
misso, Delphinum quantocius manibus
suis tradi præcepit. Hic vero spreto Re-
gis mandato paulopost Niortho profectus,
Sancti Maxentii oppidum ex insidiis ca-
pere attentabat, jamque primas urbis por-
tas occupaverat; cum vero Regis copiæ
periclitanti urbi opportune opem ferrent,
re infecta abire compellebatur. Delphi-
nus ad Averniæ Optimates, Burgundiæ
Ducem, aliosque recurrebat, subsidiarios
milites impetraturus. Verum his auxi-
lio esse recusantibus, ac insuper Dunensi
Comite paulopost a Conjuratorum studiis
deficiente, Delphinus consilia sua haud
parum disturbata damnavit, ipsi quoque
factiosi non abs re suspicati, Pictavientem

Qq 2

Pro-